

Littere Innocentii Papae VIII. ad episcopum,
canonicos et totum capitulum Ecclesie
Varmiensi.

110

Innocentius papa octavus venerabili fratri episco-
po et dilectis filiis canonicis et capitulo eccle-
siae Varmiensis salutem et apostolicam bene-
dictionem. Venerabilis frater et dilecti filii!

Sicut charissimo in Christo filio nostro Casimi-
ro regi Poloniae illustri sex personas idoneas
ad singula beneficia ecclesiastica tunc latius
designata in singulis episcopatibus Gnesnensis,
Cracoviensis, Posnaniensis, Plocensis, Vladislavi-
viensis ecclesiarum, simul vel successive vacatu-
ra nominandi, certisque iudicibus et execu-
tibus desuper deputatis, beneficia huiusmo-
di, in favorem personarum earundem sua
dispositioni reservandi, aliasque et alia fa-
ciendi et exequendi, plenam et liberam dudu-
per quosdam nostras litteras commiseri-
mus facultatem, prout in illis plenius
continetur. Quia tamen nostra tunc inten-
tionis non extitit, quod facultas huiusmodi
se extenderet ad aliquam ecclesiam, sub con-
cordatis Germaniae comprehensam, et sicut ex-

exhibita nuper nobis pro parte vestra petitio
continebat, quod dicta ecclesia Narniensis, cui
tu venerabilis frater praesse dignosceris, sit
et esse cognoscatur sub concordatis predictis
ac ab exordio, quo Christiana fides in parti-
bus illis Domino opitulante recepta per
sedem apostolicam fundata, eisque et tunc
immediate subiecta fuerit, prout subiicitur
etiam de presenti, quae omnia tempore
praefata concessionis fuerunt nobis ignota:
nos his et aliis rationibus sive causis in-
ducti, literas praefatas et processus habitos
et habendos per eodem cum omnibus et
singulis in eis contentis, clausulis, ac inde se-
cuta quaecumque, prout vestram et ipsius
ecclesiae Narniensis collationem concessit,
vel divisim concessit, illis quo ad reliqua
valituras cassantes et annullantes, et pro cas-
sis et nullis habere volentes auctoritate
apostolica tenore presentium decernimus,
praefatum regem datarum literarum pro-
textu personam aliquam ad quodcumque
beneficium collationem et ecclesiae Narnien-
sis praedictam nominationem executoresque
praedictos, beneficiumque huiusmodi sua vel al

vel alterius eorum dispositioni reservare,
 seu illud persone hic nominatae per se,
 vel per aliam seu alios conferre, aliaque
 in eis contenta quoad ecclesiam et Vanni-
 eensem collationem predictam duntaxat fa-
 cere et exequi minime potuisse sive pos-
 se nec debuisse vel debere mandantes, si-
 per dilectos filios causarum Apostolici pa-
 latii auditores, et quovis alios iudices et
 commissarios, in quibus causis, quas contra
 eum in quacunque instantia premissorum
 occasione pendere forsitan contigerit, pronun-
 tiari sententiam et diffiniri debere, subla-
 ta eis et cuilibet eorumdem, quavis aliter
 iudicandi seu interpretandi facultate, et
 decernentes ex nunc irritum et inane, quod
 quid secus super his à quoquam quavis
 auctoritate scienter vel ignoranter contige-
 rit attentari, non obstantibus premissis, et
 constitutionibus et ordinationibus Apostoli-
 ci, ceterisque contrariis quibuscunque.
 Datum Romae apud Sanctum Petrum
 sub annulo piscatoris, die quarta mensis
 Martii, anno millesimo quadringentesimo octu-
 agesimo septimo, pontificatus nostri anno tertio.

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]